

posset, a famulis portari debuit. Hic cum palam Christianus esset, a Decii Imper. satellitibus obrutus fuit. E famulis unus a fide defectit, alter cum Domino ad mortem ivit. Camelis imposti per totam urbem Alexandrinam virgines caesi, a populo delati, & tandem in rogam ardentem coniecti sunt. Baron. 27. Febr.

S. Victor contractis digitorum compagibus triduum in fornace exegit, carnis venenatis citra lationem passus, ferventi oleo perclusus, capite in terram verso suspensus virus exoriatas, tandem decapitatus est. N. 14. Maji.

S. Venantius lampadibus aduritur, inverso ore, fumo supposito suspenditur. Contusus dentibus, maxillisque contractis, per loca vepribus conlita rapitur, e rupe precipitatur, & demum capite plectitur. Brev. 18. Maii.

S. Trophimus crudelissimo martyrio affectus est. Uncis ferreis, aculeatis calcetis, vulneribus sale & aceto perficitis generose superatis, oculi illo stylo ferreo & candenti erant, & denique caput decussum. N. 19. Sept.

Ludovicus & Lucia Japonenses, quia Patres Missionarios hospitio recipiunt, manibus & pedibus perforantur, per vulnera hirsuti funes identidem trahi & retrahi sunt. Humeris pterebantur, & vulnera liquato plumbo infusa sunt. Occisus ante oculos proliis, tandem lento igne assati sunt. Quanta crudelitas! Ephem. Dom. 3. Oct.

101. Sunt invicili & importabiles.

Martyres merito comparantur leoni. 1. Quia leo est fortissimum animal, & ad nullum expavescit occursum: Non fugit, sed lento gradu retrocedit. 2. Superbus se cum aliis feris non commiscet: ita Sanctus dedignatur vitam secularium uti pompas, nec minas curae Principum. 3. Securus praedam suam devorat, & residuum aliis animalibus relinquit: ita iustus unice intendit Deo & iustitia. 4. Leo contemnit omnes hostes, & terrores, canes venaticos sicut stipulam dilatat: sic etiam Martyri in tormentis & persecutionibus crescit virtus, &c. C. Prov. 28. v. 1.

Audiamus S. Chrysostrum, qui dum in exilium ab Eudoxia mitteretur, de sua persecutione ita scribit ad Cyriacum: Etenim ego, cum a civitate fugaveri, nihil horum curabam: sed dicebam intra me mentis: Siquidem vult Regina me cau-

lem agat in exilium, Domini est terra, & plenitudo eius! Et si vult secare, secet, idem passus est & Isaac! Si vult in pelagum me mittere, Jona recordabor! si vult in caminum injicere, idem passus fuit tres pueri! Si me feris vult obiectis, obiciat, Daniels in lacum leonibus injectis recordabor! si me lapidare vult, lapidet, Stephanum primum Martyrem socium habeo! si caput vult tollere, tollat, habeo socium Joannem Baptistam! si & substantiam auferre, auferat, nudus exivi de utero Matris mea, nudusetiam abibo! Me admonet Apostolus, Hominis personam Deus non accipit! Armat me & David, dicens: Loquebar coram Regibus & non confundabar! C. Prov. 28. v. 1.

Generosae Matres offerunt filios suos ad martyria, eosque in tormentis confortant. C. Gen. 22. v. 2.

Hinc olim in iudicio & in calis palmas in manibus habebunt; palmarum enim sunt signum fortitudinis, & victoriae. C. Apoc. 7. v. 9.

Martyrium.

102. A Sanctis vehementer desideratur.

Sanctus Philippus Nerius, & S. Felix, cum sibi invicem in plateis obviabant, unus saluabat alterum: ut patibulo suspendaris, & alter: ut rogo concremeris: qua salutatione unus alteri martyrium precabatur. Ribaden. Tom. 3. 18. Maji.

Cum Arrius Antonius, qui postea sub nomine Antonii III Imperator factus est, in Asia Christianos persequeretur, ait Tertullianus apud Baroniam, Omnes illius civitates Christiani ante tribunal eius, de manu facta obulerunt; cum ille daretur ei fuisse reliquis ait: O miseri, si capitis perire, habetis pro capite & reses.

Virgo Antiochena, ut Virginitatem tueretur, cum Christiano milite vestes mutavit: sed quoniam audit militem ad necem 1274, ultro se iudici sistit, & mori pro illo postulat. D. 2. 59.

Thomas Morus Angliae Cancellarius, cum audiret Fischerum Episcopum Rossensem ad capitale supplicium duci, ex sancta invidia slevit, Deumque rogavit, ut eandem passionis gloriam & sibi tribuere dignaretur. D. 6. 5.

Cum Valens Imperat. Christianos in campo orantes immisit militibus interfici iussit, visa est Mater cum filio accurrete. Quisita quid ita curreret, respondit:

Tiron. an. 123. n. 4.

gr. in. 2.

Philip. 1.

suit: ut me & filium martyrii participem efficiam. S. Natalia Conjugem Adrianum ad Martyrium exhortatur, etque manus & pedes amputandos tenet. D. 11. 92.

S. Sanctus Longinus, qui Christi latus aperuit, de instante Martyrio monitus, cum milites appropinquare cerneret, cantans ac jubilis eis obviam procedit. Sanchez 4. part. c. 4. f. 281.

Sancti Iustus & Pastor Pueri e scholis aufugium, & tyranno se silentes pro Christo mori petunt. Sanch. 6. par. c. 9. f. 827.

Theodora in lupanar erat detrusa, Didimus primus erat qui ad eam ingrediebatur, vestes cum illa mutavit, & in libertatem secure eam dimisit: Index re comperta Didimum ad mortem condemnat: dum ad capitale supplicium ducitur, occurrit Theodora inquit: ego quidem vestes tecum, non autem martyrii coronam mutavi: contra Didimum respondebat: in me sententia mortis, non in te lata est. Ita concertantes ambo in necem dati sunt. Sanch. 6. par. c. 11. f. 870.

Sandomiria in Polonia quadraginta Religiosi mire de martyrio praemonentur, & magno cum ardore se preparantes a barbaris in templum irruentibus sub Hymno Salve Regina interficiuntur. R. cent. 2. part. mir. 42.

Duo Christiani Japonenses, qui contra edictum Principis Sacerdotem Christianum in sua domo hospitium habere, contentiose decertant pro morte subeunda. R. cent. 3. mir. 47.

S. Joannes a Cruce martyrii erat avidissimus: saepe exercitii causa Martyris personam egit, fratres tyrannum & carnificem agere iussit. T. n. 112.

Martyrii ingens est excellentia, summus honor, & amor Christi: hinc Sancti ardentissime desiderabant martyrium, uti S. Ignatius Martyr, S. Sophia, S. Antonius, S. Dionys. Areop. S. Hubertus, S. Dominicus, S. Francisc. & alii. Martyrii inestimabilis est gloria, immaculata victoria, immensus triumphus! Quare? quia, ut paulo post subdit: Martyr efficitur collega Passionis Christi! &c. C. Matth. 10. v. 32.

103. Exigit praeviam preparationem.

Martyrium specialis Dei gratia, gratis data est, quod viribus propriis superari non potest: hinc S. Paulus ad Martyres: Vobis datum est pro Christo, ut non solum credatis in eum, sed etiam, ut patienter pro eo. Nota! A Deo igitur dari debet

haec gratia superba fortitudinis. O quot sunt, qui sibi falso blandiuntur, se pro Christo morituros! si enim unam verbum aculeatum, aut unum colaphum fuisse non possunt, quomodo lanceam aut crucem sustinent? Putafine, ait S. Chrysostrum, putafine, potest ille vulneribus invenire victoriam, qui nec ictu palmar, acquirere vult coronam? S. pndt. 13. f. 587.

S. Felicitas pro fide captiva uterem rebebat: priusquam ergo martyrio afficeretur, expectandum erat tempus patris: perierit in carcere octavo mense; nam maturationem partus socii Martyris a Deo, ob desiderium martyrii impetratur. Cumque, ut ait Baronius, parturians, dolens, ac vociferans foris exaudiretur, querebantur lictores: Quomodo cras libens mortem suscipies; qui hodie pariens adeo perturbaris? Quibus illa: Naturae debitas penas naturali tantum virtute perfolvo, supplicia autem, quae subministrat impietas, Divina gratia superabo! &c. Vide Marchant. Tr. de Baptist. Lect. 4. Ubi probat, quod Martyrium supplet defectum Baptisti Sacramentalis, & ideo Baptistus sanguinis vocetur. Ubi haec veritatem exemplificat in S. Emerentiana, item in quinquaginta Philosophis, quos S. Catharina ad fidem disputando convertit, Maxentius autem Imp. dein igne exulit, &c.

Bar. an. 129. n. 25.

SANCTI CAELITES.

104. Multum valent apud Deum sua intercessione.

AD Moysem dixit Dominus: Dimitte me, ubi S. Hieronymus: quasi ab eo teneretur Dominus. Sanctorum enim in tercessionibus quasi tenent Deum. B. Ser. 19. n. 29. B. Ser. 73. s. 1. 2. 3. & Ser. 74. s. 1. Deus solus dicem esse voluit: Quare? S. Chmcaus ait: Quicumque ex Aegypto egredi capimus, mediator nobis opus est. M. conc. 9. art. 3. n. 6.

Plur super iustos Esquijstos, bene iustos anteposit, quia Deus propter Sanctos dat gratiam, & beneficia. N. 16. n. 8.

Nobilis Gallus nomine Bachevill in bello contra Turcas captus, integro septennio in captivitate detinetur, dein patrocinio S. Juliani, quem invocarat, in somno e Turcia in Galliam deportatur. D. 6. 10. R. 1. p. mir. 30.

Quidam Gothus Filiae Christianae nuptis, etque apud sepulcrum SS. Martyrum

S. Hier. 1. 4. in 1. 24.

Gallus

Guriz & Samonæ juramento promissæ, quod eam bene habere velit. Abiens autem cum filia eam mancipatui addixit. Postliminio hæc filia patris homicidii accusata in tumultu una cum cadavere viva sepelitur. Invocat S. Martyres, & ab iis apparentibus in patriam reducit. Sanchez 4. par. c. 5. f. 289.

S. Ludov. Episc. Tolosanus, Joannem filium Philippi Regis Galliarum, jam cum morte instantem, visibiliter apprensus sanavit. Dionys. Regem Portugalliarum ab usuro invadente liberat, &c. R. cent. 2. par. 2. mir. 1.

Sancti in terris orantes, multas gratias pro aliis impetrarunt, uti Abraham pro uxoris Abimelec, Moyses pro Pharaone, Samuel, Job, Esther, Centurio, Paulus Apostolus, & alii: quanto magis suis precibus potentes erunt in celo? H. Ser. 12. fol. 110.

107. Innocentia sua confundunt peccatores in judicio.

Frustra obtendet peccator fragilitatem, tentationes &c. nam audiet illud: *Potentior isti es iste.* B. Ser. 45. n. 6. 7. 8.

Labrum zneum fundabatur supra fragile speculum: labrum est lex Dei, quam portarunt fragiles homines, adolescentes, & puella. B. Ser. 45. n. 9. 29. 30. 31.

Pro homine non vestito veste nuptiali, pro servo nequam, pro fatuis Virginibus nemo rogavit: Quare, quia judicium figurabatur: S. August. ait: sic stabunt Sancti contra peccatores, Abraham contra inobedientes, Isaac contra impatientes, Joseph contra inobedientes, &c. B. Ser. 45. n. 31. M. conc. 6. aff. 2. n. 9. & seq.

Confessus iudicii sub presidio Christi & comitatu omnium Sanctorum erit Majestate plenus! hic comparebunt, & exultationes suas proponunt peccatores omnes: comparebunt Sacerdotes desides & otiosi, & contra hos insurgunt Apostoli, qui in prædicando Evangelio orbem peragrarunt. Comparebunt delicatuli ad omnem adversitatem, & verbum aculeatum expallescences, & contra hos insurgunt Martyres, qui vitam & sanguinem pro Christo fuderunt. Comparebunt avari per fas & nefas ditescere quærentes, & contra hos insurgunt confessores, qui relictis omnibus secuti sunt Christum. Comparebunt impuri ad quamlibet tentationem turpiter prostrati, & contra hos insurgunt Virgines, qui pro castitate usque ad vitam & sanguinem decerant, &c.

106. Utilliter invocantur in variis necessitatibus.

In Arabia fabulosa nulla sunt viæ, & si qua interdum vestigia in fabulo apparent, statim a ventis iterum delentur: hac de causa itinerantes sollicite ad sydera attendere debent. Ita in necessitatibus hujus mundi refugium faciendum ad celestia sydera, id est ad Sanctos, &c.

S. Nicietus Episc. ab urbe Trajectensi pestem avertit: audite sunt in aere hæc voces: Quid agimus socii? Ad omnia portam Eucharius, ad alteram Maximianus, in medio Nicietus excubat? Fugiamus. N. 6. 04.

Hebraei olim magnam confidentiam habebant in Arca: Arca autem significat Sanctos & præsertim beatissimam Virginem. C. in Exod. 25. v. 10.

Scimus ex funestis casibus, quanta sit infernalibus spiritibus nocendi potestas, qui ad juramenta, ad blasphemias, ad invocationes stygis sæpe tristes tragedias adornarunt: & ego non credam, Sanctis cum Christo regnantibus a Fidelibus pie invocatis esse eandem potestatem juvandi? hi Sancti in locum rebellium Angelorum in celis successi sunt: ergo sicut illi Angeli, si Fideles permansissent, pie invocantibus auxilio esse potuissent; ita nunc possunt Sancti in eorum thronum surrogati; quia Deus nunc horum ministerio uti potest, sicut in casu innocentis uti potuisset ministerio illorum, &c. Hinc est, quod Fideles in variis necessitatibus opem & auxilium Sanctorum mirabiliter experti sint, &c.

107. Honorantur & præmiantur ab ipso Deo.

S. Agnes parentibus, mortem suam deplorentibus apparuit, pulcherrimum Angelum manu dicens, dixitque. Ne melogæis, quia vivo apud eum, quem in vita toto corde amavi. Pius II. Pont. Max. viro isto est in celum comitantibus Angelis ferri, ubi triplici corona propter triplicem victoriam coronatus est. S. Alexander B. Mechtildis frater, Regis Scotiarum filius, postquam fuit duas coronas, unam in manibus, alteram in capite gestare, illam quia Dei amore reliquit regnum, istam propter aia merita. H. Ser. 10. f. 94. seq.

S. Scolastica instar candidissimæ columbæ in celos evolat. S. Benedictus in

fulgidissima veste inter Angelos, & lampades ascendit. S. Eulalia instar coruscantis columbæ in celum contendere visa est. Septem Mulieres, quæ cum S. Blasio ad Sebastiani Armeniam urbem martyrium passæ sunt, tanquam Sponsæ coronis, ac liliis decoratæ ab Angelis ad celestes nuptias deductæ sunt. S. Servulus post quadragesimam annorum infirmitatem, & cum Angelis jubilans in celum assumptus est. S. Martinus Turonensis inter Angelorum hymnodiam, vidente S. Severino, in celum elatus est. S. Sisois Abbas moriturus, facie instar solis splendere visus, dicere quæ auditus est, sibi Christum Dominum cum Angelis obvium venire. S. Erasmus inter tormenta lætandum edixit, sibi coronam gloriæ ab Angelis offerri. S. Dominicus in hora obitus visus est corona aurea redimitus. H. Ser. 18. f. 180.

108. Inbororati vindicant injurias.

Anno Domini 1582. in urbe Stenovico in Belgio heretici cives ob reportatam aliquam victoriam festivis plausibus jubulabant, & toti gulæ vacabant, atque ut lætitiæ etiam milites interesse possent, inter in stationes excubiarum Sanctorum imagines elocabant, quinimo aliquas in patibulo suspendebant, alias galeris & armis ridicule vestiebant. Quid factum est? ea nocte Hispanorum exercitus sub Farnesio Duce militans scalis applicatis nemine reluctantæ mœnia transcendit, & immentem stragem incolarum edidit: id quod certe factum fuisse putatur ob inbororatas Sanctorum imagines.

Quidam hereticus Sancti imaginem lancea in oculo sancti, & continuo unum oculum perdidit. Alius lapide vulnerans imaginem B. V. paulo post in conspectu lapide necatur. D. 7. 36.

Cum Longobardi in Provinciam Valerianam irrupentes, Monasterium S. Equitii expoliare cogitabant, Monachi ad sepulcrum hujus Sancti confugientes ejus opem implorabant: Et ecce! Milites, qui særo loco manus primi iniecerunt, a malo demone oblesit, & hoc exemplo ceteri absteriti sunt. Leucht. 7. Martii.

Postquam S. Nicietus Episc. Lugdunensis obiit, Clericus quidam illum criminari, & fatuum nuncupare ausus est, eo quod Ecclesie, in qua tumulatus est, nihil testamenti reliquerit. Ea nocte S. Nicietus criminatori cum duobus Episcopis apparuit, conquestusque est, En! hic homo

fatui nomine me ex eo injuravit, quod non Ecclesiam hanc heredem scriperim! an enim non grandem illi thesaurum corporis mei dono consignavi? Responderrunt comites Episcopi, dicentes: Erravit vehementer, & unus illorum eo conviciario colapho percussit. Et ecce! percussus quadraginta diebus dolorosissimo morbo, lecto affixus hæsit, donec de delicto penituit, & opem S. Nicieti humiliter imploravit. Leucht. 2. April.

109. Sunt nostri Patroni, sed non sine nostra opera.

Juveni cuidam Minerva victoriam in duello prædixit: sed cum ille incurias & vecors pugnaret, graviter sauciatus contra Minervam conquestus est, qui Dea respondit: ex tua parte nihil desuisse ad victoriam, cur ille non fecerit etiam sua? &c. ita patrocinium Sanctorum se solo non sufficit, nisi & nostra conferamus. B. Ser. 66. n. 16. & seq.

Si desides fuerimus, nemo nos jurare poterit, ait S. Chrysol. Samuel bis pro populo oravit, semel impetravit, non vero altera vice: Quare: quia una vice etiam populus gratus erat Deo, & idola removit. B. Ser. 67. n. 17. 18. Item Ser. 73. §. 3. Serm. 74. §. 2.

Singule nationes habent suam specialem Patronam, exempli causa: Galli habent S. Ludovicum, Martiinum, Dionysium, Poloni Casimirus & Hiacyntum, Hungari Stephanum & Emericum, Bohemi Vitum, & VVenesulam, Germani Georgium, & Henricum, sed omnes patrocinantur suis clientibus, sed non sine collata eorum opera, &c. D. 2. 40.

Hispani pro Patrono habent S. Jacobum, Scoti S. Andream, Angli S. Gregorium, Veneti S. Marcum, Indi S. Thomam. D. 6. 74.

Bernardus Colnagus S. J. miram confidentiam, & familiaritatem habet cum S. Antonio Paduano: ab eo per preces, per indignationes, imo etiam per tentatas minas mira beneficia extorquet. R. cent. 2. part. 1. mir. 50.

Quilibet Christianus Sandum, cuius nomen in sacramento Baptismi obtinuit, colere & imitari studeat, & certe in necessitatibus tam corporalibus, quam spiritualibus illius auxilium experietur; ideo enim homini Baptizato a Deo datus est, ut illius Patronus, & defensor sit, sed nonnulli devotè exoratus, &c.

210. *A Deo constituti patroni contra varias necessitates.*

S. Paulus Insulam Melitam a viperis, & animalculis venenatis conservat, item putat Fazelus omnes eos, qui die conversionis S. Pauli nascuntur, a viperarum morfu esse immunes. Omnes qui veneno intoxicati sunt, si Ecclesiam S. Phocæ Martyris Antiochiæ ingrediuntur, subito a veneno liberantur. Similiter in templo S. bellini sanantur omnes, qui a rabioscanibus morfi sunt; quia Sanctus iste a canibus fuit dilaceratus. D. 6. 45.

S. Iosephus Patronus est fabricorum, S. Eligius artificum in auro, aut chalybe, S. Homobonus sartorum, SS. Crispinus, & Crispinianus furorum, S. Castorius itacu- riorum, S. Lucas pictorum, S. Barbara sagittariorum, S. Ivo advocatorum, S. Alexander carbonariorum, S. Catharina studio- rum, S. August. Theolog. &c. D. 6. 74.

In ophthalmia Patrona habetur S. Lucia, in persecutionibus S. Petrus Martyr, in na- vigatione S. Nicolaus, in captivitate S. Leonardus, in peste S. Sebastian. &c. D. 6. 74.

S. Patritius Hiberniam, S. Paulus Insulam Melitensem, S. Ildephonsus Episco- ratum Toletanum, S. Pirminius Insulam Iacis Acroniani Angiam divitem a ser- pentibus, bufonibus, & animalibus venenosis constanter conservat. D. 10. 25.

S. Benedictus Henricum Imperatorem dolore calculi punit, & iterum mirabili- ter sanat. R. cent. 2. par. 2. mir. 4.

S. Udalricus Episcopus totam Duceffini Auguttanam contra glires immunem con- servat: & si terra, seu arena de sepulcro huius Sancti etiam in alienas regiones affortetur, e domibus glires expellit, pro- ut testatur experientia, &c.

Reliquiæ Sanctorum.

111. *Bona maxima ferunt communitati.*

Corpus Sancti Cæcili maxime prodest urbi Granate. B. Ser. 66. §. 1. 2. 3. &c. & Serm. 73. §. 2. 3.

Dum Robert. Rex Gallie veneratur reli- quias S. Aniani Martyris, merita inimica urbis Avalon, quam ter obsederat, cor- runt. F. p. 3. l. 6. f. 162. col. 2. Vide etiam Continno in Feli. S. Jacobi confid. 4.

Cum Imperator Orientalis ab Antioche- nis repeteret corpus S. Simeonis Stilite, recusatant illi petendum, dicentes, suam

urbem propugnaculis haud satis esse mun- nitam; inconsultam proinde fore, sitam potentis praesidio se orbarent.

Urbs Nisibi per S. Iacobum Episcopum ibidem contra obsidionem Regis Saporis potenter defenditur, cuius interfectione etiam murus aquarum alluvione prostratus iterum erectus est: adidique Baronius: *sed in eo ex hac vicia subitio, quantum corpus Nisibi mansit, plaxe facta est inespugnabi- lis civitas illa.*

Moyfes ex Aegypto secum asportat ossa S. Iosephi: Quare? Theofridus Abbas ait: *Singulis provinciarum, & civitatum popu- lis in solatium, ut dum importunus argen- tur incurfus hostium, per horum defenden- tur meritum.*

Parthenopolis non potest expugnari, quamdiu inibi est corpus S. Norberti. Ul- menfes non extradunt corpus S. Henrici Su- fonis, quia ab eo praesidium sperant. Jos. a Brufman conc. 1. de S. Reliq. n. 4.

Cum Mediolanum obsideretur, S. Ambr. cum flagello apparuit, & hostes abegit. Kornmann. de Mir. Mort. p. 2. c. 26.

In Monte Falcone in Italia aservatur ampulla sanguinis, qui e corpore S. Cla- ræ effluxit: Is concretus, quoties aliquid calamitatis imminet Republicæ Christia- næ, solet colliquefieri, & effervere. C. I. sa. 66. v. 14.

112. *Habentur in magno pretio.*

Corpus Sancti Adalberti cum auro æ- quali pondere commutatur. F. p. 3. l. 10. fol. 513. 514.

Moyfes ex Aegypto, dum alii aurum portant, ossa Sancti Ioseph secum tulit. M. conc. 34. §. 1. n. 13.

Corpus Sancti Angulini a Luitprando Longobardorum Rege magno pretio ex Sardinia Insula redimitur. Breviar. in Feli. S. Aug. lect. 6.

Reliquiæ Sancti Aniani a Roberto Re- ge Gallie propriis humeris in Neo-alexan- dritum templum feruntur. F. p. 3. l. 6. f. 162. col. 2.

Si lucerna Episcopi, qua in vigiliis ute- batur, post illius mortem mille drachmis fuit comparata, quia erat Vir mira- prudentiæ & virtutis saltem naturalis: quan- to magis oportet in honore haberi San- ctorum exuviis? &c. A. lect. 5. n. 13.

Moyfes ex Aegypto egrediens, non aurum & argentum prout Israelite, sed ossa S. Iosephi secum asportabat.

Philippus II. Rex Hispaniarum exuviis S. Lu-

S. Eugenii Episcopi primi Toletani, a Galliarum Rege Carolo IX. sibi trans- missas, propriis humeris una cum filio suo, & duobus Archiducibus Austria de- portat. D. 8. 65.

Baculus Prothei Cynici Philosophi pro- integro argenti talento emitur. D. 9. 32.

Si res profana, quæ rare sunt, magni æstimantur, cur non Reliquiæ Sancto- rum. Controversa est, an detur Mono- ceros; qui ergo cornu Monocerotis fe- possidere putant, illud tanquam thesau- rum aservant. Tale habetur Parisiis in Ecclesia S. Dionysii quinque cubitis lon- gum. Item Argentina in Ecclesia Cate- dralis Gazophylacio. Item Venetiis ad S. Marcum &c. Quare aservantur: quia sunt rara, & Medicinalia. Cur ergo exuvia Sanctorum non propter eandem causam in magno pretio haberi debent? VV. art. disc. Font. 4. ex 1. Item C. in I. sa. 11. vers. 10.

113. *Sunt veneranda.*

Membra Christi Domini utique vene- randa sunt: sed de S. Reliquiis ait Au- gustinus:

*Sanctorum corpora & præcipue Marty- rum reliquias, ac Christi membra sinceris- sime honoranda credimus.*

Deus ipse honorem, & curam habet sacrarum Reliquiarum: Capilli capitis ve- stris, sibi omnes numerati sunt. Cum ergo ca- pillos observat, multo magis ossa curat: *Plal. 37. Custodit Dominus ossa eorum, ut non ex his non conteretur.*

S. Maximus Taurinensis Episcopus ait: *Christi Domini membra veneranda a nobis, quorum Re- liquias possidemus.*

Simplicius Præles Romanus, qui anno Christi Domini urbem Tarsus governa- bat, Martyrum corpora pecuniis vendi- dit: notum est Christianos magno in numero illic adventasse, & Martyrum corpora honorasse, inter quos erat S. Bonifacius Martyr. Ex quo clare patet, quantum in honoribus apud primos Chri- stianos fuerint Reliquiæ Sanctorum. Er- rant ergo hæretici nostri temporis, qui honorem denegant Sanctorum exuviis: *Siqui in hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Euromanus & Vigilantius creditur, ait Gennadius.* Quan- tum reverentiam Sancti Patres habuerint erga corpora Sanctorum, perhibet Cardi- nalis Baronius ad annum Christi 55. Et

D. Clavi Spicil. unvers. Part. I.

S. Augustinus l. 22. de civitate Dei c. 9. ubi narrat filium alicuius Irenæi oleo S. Stephani Procomartyris unctum a mor- te resuscitatum fuisse. D. 9. 5.

Corpori S. Severini Martyris Aquila locum sepulture designavit. Ad ejus cor- pus etiam mortuus refluxit, qui dein per quindecim annos superflus ab ejus sepulcro nunquam recessit. N. 9. Sep.

114. *In sua inventione, aut translatione mira operantur.*

Cum Reliquiæ S. Dionysii Episcopi Mediolanensis ab exilio, quo eum Constan- tianus Arianus Imperator ablegarat, S. Mediolanum reportantur, referata capu- la articule salutarum S. Ambrosii Ob- vium sibi procedentem: *Aus frater Am- brosi, & cum illo multa de fidei veritate, & Christi Divinitate colloquitur.* Lohm. Biblioth. T. 3. l. 537.

Reliquiæ S. Martialis Lemovicensis Episcopi, dum a S. Eligio ad templum deportantur, in transitu carceres omnes effringunt, & captivos liberant. Lohm. T. 3. l. 538.

Sanctus Chrysostomus in exilium eie- ctus, ibique mortuus est. Post mortem Proclus Patriarcha voluit sacrum corpus in urbem Constantinopolitanam transle- re, sed feretrum nulla vi poterat com- moveri. Igitur Theodosius Imperator lit- teras exarat ad Sanctum Chrysostomum mortuum, eumque rogat ut in patriam suam, sedenque Patriarchalem reverti dignaretur: litteræ collocantur in pedo- re sancti corporis, & ecce illud sine di- ficultate jam poterat deportari, & sic cum ingenti devotione confluentis populi Chal- cedonem translatum est. Ubi sacrum corpus Constantinopolim adventi, Impe- rator in genua procidens rogabat prope- ce defunctæ Matris suæ, quæ hæclem in sepulcro, ob persecutionem huius San- cti iniquissima erat, ab hac die autem precum quæsit. Ex populo quilibet fa- latabat Sanctum, & Proclus eum in Episcopi Sede collocans, agebat: *Reple- thronum tuum O Pater.* Et ecce: *audie- batur a facio corpore vox: Pax vobis* &c. D. 2. 44.

Corpora Sanctorum Firmi & Rustici Veronenfis venalia offerbantur pro ca- auri quantitate, quam ipsa corpora pen- derent: in balance posita vig unus auri pondo æquabant. N. 9. Aug.

115. Excitant nos ad Virtutis exempla.

Michael altercatus est cum diabolo de corpore Moysis: noluit demon ut illud sequebatur in regione Moab; metuebat enim Moabitae idololatricae converterentur, & ille sua delibra, & dominium perderet.

Bonifacius & Aglae temptari sibi diu convixerant: sed postquam Bonifac. corpora Martyrum venerat est, ita illorum exemplo fuit animatus, ut & ipse Martyrium subiret: Aglae autem mundo nuntium misit. Manlii. *Sacra Reliquia* Disc. 9. n. 6.

Cur Dominus Deus corpora Sanctorum non jam ab annis, sed a saeculis incorrupta conservat, ut corpus S. Simeonis Tridenti, corpus S. Catharinae Bononiae, corpus S. Magdalenae Pazzii Florentiae, corpus S. Caeciliae Roma. Cur sepulcra Sanctorum tam sunt gloriosa, ut Ss. Apostolorum Petri & Pauli, S. Agnetis, S. Pudencianae, S. Praxedis, S. Felicitatis, S. Sufannae, S. Alexii, & aliorum: non alium in finem, nisi ut nos excitent ad virtutis imitationem! & diverso disparuerunt sepulcra Pompeii, Scipionis, Neronis, Traiani, & alia, ut extinguatur memoria vanitatis & impietatis. C. in lsa. 11. v. 20.

De Ladislao Poloniae Rege perhibetur, quod egypton Patris & collo pendulum continuo gestaverit, cumque maioris momenti negotia in regno administrando ingruerent, imaginem Patris intueri, dicebatque solitus sit: Abit o chare Genitor, ut aliquid indignum te decernam. Eundem animum inspirare nobis debent Sanctorum Lipsanae, praesertim quae collo pendula gerimus; abit ut ad exemplo vetero ablutam!

116. Conferunt nobis multa beneficia.

S. Joannes Damascenus ait: *Fontes nostrae salutares* Saluator noster praebuit Sanctorum Reliquias multimoda beneficia salutantes.

S. Gaudentius suis Brixienfibus sacra Lipsana tanquam pretiosam possessionem, Divina munera, & caelestia beneficia deprecabatur. Engelg. Pantheon p. 2, in Fest. S. Andreae §. 3.

S. Bernardus ita veneratur Reliquias S. Iuda Apostoli, ut eas sibi morituro super pedes imponi voluerit. Engelg. Pantheon p. 2, in Fest. Ss. Sim. & Iud. §. 3, in fine.

Quis illo intricata est, cur pastores primi fuerint, quibus Angeli evangelizarunt Nativitatem Christi, eosque vocarunt ad

S. Joann. Damasc. l. 4. c. 16. S. Gaud. in Dedit. Brix. ad Mart.

praesepium: respondet Silveira, hunc favorem ideo illis exhibitum fuisse, quia pascebant gregem juxta currim, in quo ossa B. Rachelis quiescebant: Valde enim frequens est, quod multa accipiamus bona in loco, in quo Sanctorum jacent reliquiae.

Reliquiae S. Martialis Lemovicensis Episcopi, dum prope carceres, ubi septem captivi tenebantur, desererent, carceres funditus commoti, vincula rupta, & captivi liberati sunt. T. n. 36.

Corpus S. Olivaldi Episcopi, dum circa urbem Vigornientem cum Litanis portatur, pestem repente compescuit. N. 15. Olib.

Et loco, quo S. Angelus Carmelita per martyrium sanguinem fudit, Dominus Deus fontem contra varios morbos salutarem excitavit. Leucht. 5. Maji.

Vincula S. Petri prodigiis clara eiciunt ex corporibus malos demones. Leucht. 1. Aug.

117. Beneficia conferunt iustis, non peccatoribus.

Quidam Paulinus Magus in argentea scutella solitus est excipere sanguinem visitarum, quae demoni immolabantur: postliminio hoc argenteum vas vendidit Episcopo Heracleo, ubi ossa Sanctae Glyceriae Martyris salubre oleum in vasculo cupreum stillabat: huic vasculo cupreo substituit Episcopus scutellam illam argenteam, & ecce! desit oleum fluere; quia Sancta noluit beneficium liquorem scelerato vasi impertire. Hoc remoto iterum rediit fluxus liquoris. Ita pari, &c. D. 4. 26.

Oleum Sanctae VVilburgae Euchstadii, cum immundum vasculo supponitur, aut locus graviter inhonoratur, fluere desinit. Oleum Sancti Nicolai, Manna dictum, ob peccata populi saepe emanat. In templo PP. Franciscanorum Placentiae saluber fons olei manabat, quod lampadibus nutriendis adhibebatur: postliminio oleum illud pecunia vendi cepit, & ecce! statim effusus desit. D. 4. 85.

In Ecclesia, ubi corpus S. Ludmillae sepulchrum erat, nullum aliud cadaver humari poterat, quod non continuo terra eiecit. Hoc sacrum corpus dein Pragae a S. VVenceslao Rege translatum est. Ss. Sancti respuunt & dedignantur corpora mortua, quanto magis animas peccato mortuas? Leucht. 16. Sept.

S. Evergilus Episcopus, intolerabilem ca-

Silveira in Evang.

pitius dolorem, pulvere de sepulcro S. Georгии mitigat & penitus sanat. N. 24. Off. S. VVilchado Episc. Bremensi ob idola everta impius quidam caput amputare volebat, sed factus fuit Lipsana, quae collo gerebat, tergit, ipso intacto. Leucht. N. 8. Nov.

118. Non sine Dei vindicta inonorantur.

Julianus Apostata, ossa S. Babylae Martyr. quibus opaculum Apollinis obmutuit, exhumari iussit: Ecce! calum grandine & fulminibus indignationem suam demonstravit. Leucht. 24. Jan.

In Ecclesiam, ubi corpus S. Alberti Ord. Carmelit. sepulchrum erat, quidam milites suos equos introducere, & ibi stativa facere ausi sunt, & ecce! e sepulcro Sancti ejaculabantur lapides, quibus equi prostrati, milites autem territi variis morbis confecti sunt. Leucht. 7. Aug. Cumque sepulchrum aperiretur, visum est sacrum corpus in genua erectum fluctere, quasi eo sita vindictam contra injuriatores clamare vellet. Leucht. ibid.

Sepulchrum S. Narcissi Episcopi & Mart. quidam milites spoliare intenderunt. Cum autem terram removere inciperent, tanta tamque immentia muscarum copia & sepulchro eruperunt, ut milites, muscarum aculeis & moribus fatigati, in fugam acti sint.

Donatus Aler Presbyter Mediolanensis, quia S. Ambrosio iam Superis adscripto graviter detraxit, subito gravi vulnere percussus, in lecto positus misere occubuit. Belitharius thesaurum Ecclesiae auferens, famulos S. Remigii flagellis eiecit, isque S. Remigium invocantibus dicit: Videte, quomodo Remigius vos adjuvet: Er ecce! subito intumescere cepit, & medius crepuit. Lohner Biblioth. T. 3. tit. 128. §. 5, n. 24. & 25.

119. Operantur peccatorum conversionem, & salutem.

Non sine singulari providentia Deus vocavit Samaritanam ad fontem Sichar, & illud praedixit quod Jacob filio suo Joseph donavit. Ibi conversa est; quia ibi, non constat ex libro Josue, sepulta erant ossa S. Patriarchae Josephi, ait Baecza: *Stet Samaritana in praedio, ubi sunt ossa Josephi, respicit Ecclesia ad ossa virorum sanctorum, illisque devotum inquit, maxima inde capiet virtutis salera.*

Mortuo Eliseo, cum alius quidam defunctus esset, & portatores cernerent

Baerz T. 3. ad Evang.

nonnullos Moabitaram praedones, statim cadaver in sepulchrum Elisei deiecerunt: & ecce! utrumque defunctus tergit ossa Prophetae, revixit: ubi Berchorus ait: Tu 4. Reg. 13. ergo, si quoniam mortuum dicit, velum iuxta Elisei ossa illum constituit, & revivet ad statum gratiae.

Nihil est frequentius, quam quod Dominus Deus corpora & Reliquias Sanctorum contra feras, & volucres defendit. Item eorum sepulcra, si forsitan fene ignota, prodigiose manifestant, ut fatum est cum corpore S. Stephani, Gammalielis & aliorum Martyrum: Et quare hoc? non tantum, ut Sanctis debitus honor exhiberetur; sed ut eorum intercessione, & exemplo peccatores converterentur, & ad operandum suam salutem animarentur. Leucht. 3. Aug.

S. Romualdus sua praesentia & autoritate Reinerio Marchioni, lascivo & crudeli tantum timorem incussit, ut dicere illi soleret: Non imperator, non quisquam mortalium tantum mihi metum valet incurere, quantum metere Romualdi confectus. S. Colea solo aspectu carnales ac sensuales peccatores ita commovere solebat, ut casti & continent fierent. Idem fecit S. Maria de Ognis, &c. A. T. 1. 1. 7. nu. 20. Idem contingit apud sepulcra & reliquias Sanctorum, &c.

120. Miraculis honorantur.

Sancto Clementi, qui una cum anchora in profundum maris fuit demersus, Deus per sanctos Angelos scellum duobus miliaribus a litore distans fertur curavit; ubi sanctorum corpus, & aliquando puerulus a parentibus suis perditus integro anno abiquis illasus perseveravit. Prope Lednum in villa nomine Hui quiescit Sancti alticujus corpus, quem incolae sanctum mortuum vocant, eo quod mortuus in lucem natus dein ad vitam fuit suscitatus; sepulchrum hujus Sancti, ut de cetero tota vicinia fluminum exundationibus metatur, semper intactum manet, & illatum. D. 1. 61, in fine.

Cum Reliquiae S. Dionysii Mediolanensis Episcopi, quem Constantius Imper. Arianus in Cappadociam ablegavit in exilium, Mediolanum deportarentur, S. Ambrosius eas referat causa peraminari excepte. Et ecce! facte Reliquiae articulatata voce illuc resalutarunt. *Salve frater Ambrosi.* T. 1. n. 37.

Mirificum liquorem, aut oleum contra

Sarius 9. Decemb.

Proferat in c. 5. Gen.

varias infirmitates salutare fuderunt, corpus S. Andreae Apostoli in civitate Amalphi: Corpus S. Matthæi Apostoli in civitate Salernitana: Corpus S. Felicii Martyris Nolæ: Corpus S. Nicolai Episcopi Barri: Corpus S. Eychimii Abbatis, B. Elisabethæ Hungaricæ, & Salomeæ Poloniz Regis fororis. Corpus S. Catharinæ Virg. & Mart. in monte Sina. Corpus S. Glucieræ Virginis, S. Helwigis Poloniz Ducissæ, & S. VValburgis Euehadis. &c. H. Serm. 14. fol. 134. C. in Ita. 66. v. 14.

121. *Preservant a peccatis.*

*Caluar. 1. 3. lib. 1. 6. 67.* Casarius narrat de juvene, qui postea ordinem Cisterciensem ingressus est, quod quondam iter faciens turpissima tentatione fuerit oppugnatus: non restitit ille ut debuit: igitur Reliquiæ SS. Joannis & Pauli M. M. quas et collo gerebat, incurium pectus iterata capis alihone pungebant. Cessante tentatione cessabat punctio, redeunte redibat, donec ille vixit. Lohm. I. 3. f. 569.

Quidam Episcopus in juventute magnam habuit ad Reliquias cuiusdam Sancti devotionem. Aliquando tentatus a femina, & jamjam peccaturus, recordatus Reliquiarum, quas collo gerebat, eas devovere voluit. Sed repente ad fores pulsans eius amicus eum a facinore cohibuit, inquit: Vere bonus est Sanctus iste, cuius Reliquiæ te a peccato preservant. E. Patronus n. 2.

Nobiles delectantur in egyptis avorum, & proavorum, multè etiam numismata aurea insignibus suæ familia celata collo gerant, quem in finem? 1. Ut generosa majorum facinora æmulari discant. 2. Ut nihil inhonestum agant, quod poster vergere in familia dedecus & opprobrium. Hæc eadem mens est Ecclesiæ, dum vult reliquias Sanctorum honorari, ut Fideles æmulentur eorum virtutes, & discant odisse peccata. Ex humilitate v. g. S. Francisci de Paula possunt dedoceri superbiam: Ex paupertate S. Francisci Seraph. possunt dedoceri avaritiam: Ex castitate S. Catharinæ, Agnætis, Cæciliz possunt dedoceri lasciviam: Ex amore ardentissimo S. Philippi Nerei possunt inflammari caritate Dei & proximi, & sic de aliis.

122. *Miraculose hinc inde deportantur.*

Corpus S. Conradi Placentini, S. Gaudisii, S. Edithæ, dum altorium transychi

*Chim. 8. 7. 10. 16. 16. 16. 16. 16.*

deberet, adeo onerosum factum est, ut nullis hominum viribus poterit loco moveri.

Corpus S. Raymundi Nonnati a caeco *Epistol. Rom. 310 Aug.* mulo in illud sacellum deportatum fuit, ubi ille adhuc puer suæ sanctitatis fundamenta jecit.

Corpus S. Materni Episcopi Colonienfis a navicula velis ac remis delicta in locum *in 218 3. Ma. 179.* sepulture ad verso flumine vedum fuit.

Prædo ille, qui manu S. Theodisti surari voluit, tota nocte custabat, & mane in eodem loco hæsit. Idem contigit cum brachio S. Nicolai Tolentinatis. Ideo S. Germanus, cum corpus S. Ursini in Ecclesiam Cathedralem transferre cogitabat, prius orabat: *Greg. 17. 1. 10. 1. 10. 1. 10.* Sancte Dei Sacrosanctus, si voluntas tua est, in hanc Basilicam ingredi, sentiamur levamen aduversus tui. Et ecce, qui ante gravis videbatur, nunc portatu facilis apparebat.

S. Apollinaris Patriarcha Alexandrinus tribus pueris in fornace illius Ecclesiam edificat, dein Babyloniam ad eos, tanquam vivos, literas mittit pro immetrandis ab illorum corporibus Reliquiis: Ecce unus eorum expansa manu agebat literas, easque dein una cum manu nuntio tradit Alexandriam deportandas. R. 1. part. mir. 27.

Quidam brachium S. Theodisti Virginis trans mare secum ferre volebat, mane autem in eodem portu trahit, licet tota nocte sibi visus sit navigasse. N. 10. Nov.

Corpus S. Catharinæ Virginis & Martyris ab Angelis in montem Sina transportatur, & sepelitur. *Leuch. 25. Nov.* Corpora SS. Firmi & Rustici a septem Angelis, sub specie septem Mercatorum asportantur, & sepeliuntur. *Leuch. 9. Aug.*

123. *Prodigiöse inveniuntur.*

Corpus S. Benedicti Martyris a latronibus occisi & in aquam projecti ab aquila demonstratur. C. Gen. fol. 477. col. 1.

Cum Rex Recivildus, & S. Ildefonsus sepulcrum S. Leocadiæ venerarentur, Sancta e sepulcro visibiliter exiit, & S. Ildefonso grates egit pro labore, quo Bearam Virginem contra hæreticos defendebat. Cum Sancta in tumultum redire vellet, Ildefonsus partem de velo capitis illius abscidit, quæ in memoriam miraculi hodie dum Toleti asservatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 6.

S. Gaudentii Episc. & Martyris corpus diu delituit. S. Archangelus Raphael autem eam mulierem restituit oculatorum lumine sanavit, eique Sancti Martyris

*902.*

corpus ostendit, ad honestiorem sepulturam transferendum. N. 14. Oct.

Cum Verona ingens terræ ariditas, agrorum sterilitatem, famem aliaque mala causaret, Pientissima cuidam Virgini oculis revelatum est, huic malo non aliud superesse remedium, quam si corpora SS. Firmi & Rustici extra urbem humata, in urbem reciperentur. Vulgavit quidem hanc revelationem Virgo, sed responsum accepit, Sanctorum hæc corpora non exhumanda, nec ipsi tradenda esse, nisi tantum auri solveret, quantum corpora gravitate appenderent. Et ecce! sacra corporum Reliquiæ adeo leves factæ sunt, ut nec tertiam pecuniarum, quæ a Fidelibus collectæ sunt, partem adæquarent. *Leuch. 9. Aug. Item C. in Ita. 11. v. 10.*

Corpus S. VVerenfridi, sicut olim Arca, a duabus vaccis in locum sepulture trahitur. *Leuch. 14. Aug.*

124. *Honorantur etiam a brutis.*

Corpori S. Mariæ Ægyptiacæ leones effoderunt sepulcrum. C. Gen. f. 87. in fine.

Corpus Sancti Stanislai Episcopi Cracoviensis ab aquila defenditur contra canes. C. Gen. f. 477. c. 1.

Lisabonæ in templo S. Martyris Vincentii continuo ab immemorabili tempore morantur duo corvi, qui ab ingredientibus templum viduum emendicant, & dein iterum supra sepulcrum S. Martyris exubant: causam rei enarrant incolæ istam: Postquam S. Vincentius craticula candentis martyrio fuit pro Christo interfectus, corpus illius, quod absque sepulcro in viam projectum est, a duobus corvis contra ferarum & hominum injurias fuit defensum: ab illo tempore semper duo corvi remanent ad eius sepulcrum, ita ut uno mortuo statim alius alicubi adventet usque in hanc diem: hi corvi non paritur, ut vel minima irreverentia supra aut juxta sepulcrum Sancti committatur. P. Carli in suo Æthiopo c. 3.

Caput S. Edmundi Regis & Martyris Angliæ cum abscessum, & a satellitibus inter dentes abscedum fuit, a lupo fuit custoditum, qui illud inter brachia stringens non permittebat ab ullo injurari. C. in Ita. 66. v. 14. Item in Itaiz 11. vers. 10.

Corpus S. Priscæ Virginis post martyrium a duabus aquilis custoditur, donec illud a Christianis sepulture mandatum fuit. *Leuch. 18. Jan.*

